Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

est et peccatorum remissio splendor et lux perpetua et sine fine leticia quam meruit xpi martyr sebastianus. ii. vesp. Mag. Agnetis uirginis. R. Diem festum. ev. a. Xpi uirgo nec terrore concutitur nec blandimenta seducitur. In bened. a. Egregie dei martyr sebastiane princeps ac propagator sanctissimorum preceptorum ecce nomen tuum in libro uite celestis asscriptum est et memoriale tuum non derelinquetur in secula.

lxvii. Rege uirg. i. n. a. Discede a me pabulum mortis quia iam ab alio amatore preuenta sum. ps. Dne dns nr. Cum rel. s. d. uirg. a. Dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus preciosis tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. a. Posuit signum in faciem meam ut nullum preter eum amatorem admittam. a. Specie. t. a. Adiuuabit ea. a. O q. pulch.

Diem festum sacratissime uirginis celebremus. Hinc psalmi resonant. hinc concrepant lectiones. hinc populorum turbe letantur. inde sustentantur pauperes xpi. Omnes ergo gratulemur in dno. et ad edificationem uirginum qualiter passa sit agnes beatissima ad memoriam reuocemus. Tercio decimo etatis sue anno mortem perdidit. et uitam inuenit. quia solum uite dilexit auctorem. R. Diem festum sacratissime uirginis celebremus qualiter passa sit beata agnes ad memoriam reuocemus tercio decimo etatis sue anno mortem perdidit et uitam inuenit quia solum uite dilexit auctorem. V. Ingressa agnes turpitudinis locum angelum domini preparatum inuenit. Quia. Infantia computabatur in annis. sed erat senectus mentis inmensa. Corpore quidem iuuencula. sed animo cana. Pulchra facie. sed pulchrior fide. Hec uero a scolis reuertitur. a prefecto urbis filio adamatur. Cuius parentes dum requisisset. et inuenisset cepit offerre plurima. et plura promittere. R. Dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus preciosis tradidit auribus meis inuestigabiles margaritas et circumdedit me uernantibus atque coruscantibus gemmis. V. Induit me dominus cyclade auro texta et inmensis monilibus ornauit me. Et circu.

Denique prefecti filius detulit secum preciosissima ornamenta. sed a beata agna omnia illa ornamenta ueluti quedam sunt stercora recusata. Unde factum est. ut iuuenis maiori urgeretur stimulo. et putans eam me—